Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nascturus ees. et numerū dierū tuorū noueras. Numqd ingressus es thesau
ros niuis. aut thesauros niuis grandinis aspexisti. quē parauī in tempus
hostis in die pugne et belli. Per quā uiā spargit lux. diuidit estus super terrā.
Quis dedit uehementissimo ymbri cursū suū et uiā sonantis tonitrui. ut plue
ret super terrā absq; homine in deserto. ubi nullus mortalium cōmoratur.
ut impleret inuiā et desolatā et produceret herbas uirentes. Quis est plu
uie pater. uel qs genuit stillas roris. De cuius utero egressa est glacies. et
gelu de celo quis genuit. In similitudine lapidis aque durant. et super facies
abysi cōstringit. Numqd conuiungere ualebis micantes stellas pliadis.
aut gyrū arcturi poteris dissipare. Numqd producis luciferū in tempe suo.
et uesperū super filios hominū consurgere facis. Numqd nosti ordinē celi. et
ponis rationē eius in terra. Numqd eleuabis in nebula uocē tuā. et impe
aquarū operiet te. Numqd immittes fulgora et ibunt. et reuertentia tibi
dicent assumus. Quis posuit in uisceribus hominis sapientiā. uel qs dedit
gallo intelligentiā. Quis enarrabit celorū rationē. et concentū celi quis
dormire faciet. Quando fundebat pulus in terra. et glebe cōpingebant.
Numqd capies leena prēdam et animā catulorū eius implebis. quando cibant in
antris et in specubus insidiant. Quis parat coruo escā suā. quando pulli
eius clamant ad deū. uagientes eo qd nō habeant cybos. Numqd nosti tempus
hibicū imperis. uel parturientis cerui observasti. Dinumerasti men
ses conceptus earū. et scisti tempus partus earū. Incuruant ad ferū et
pariunt. et rugitus emittunt. Sequntur filii earū et pergunt ad pastū.
egrediuntur et nō reuertentur ad eas. Quis dimisit onagrū liberū. et uincu
la eius quis soluit. Cui in solitudine dedi domū. et tabernacula eius in terra
salsuginis. Contempnit multitudinē ciuitatis. et clamorē exactoris
nō audit. Circumspicit montes pascue sue. et uirentia queq; perquirit.
Numqd uolet rinoceros seruire tibi. aut morabitur ad presepe tuū. Num
quid ligabis rinocerota ad arandū loro tuo. aut confringet glebas